

Johann Quistorp

Programma Rectoris Academici Johannis Quistorpii, D. Theolog. ... Quo, ad eundum Exequias Beate Mortuo Dn. Henrico Schützen/ Hereditario in Großen Stove/ Literatos & literatorum fauto- omnes invitat : [P.P. Rostochii, sub Sigillo Academiae, d. VII. Febr. Anno 1560.]

Rostochi[i]: Kilius, [1660]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774782609>


Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,
in
H. Schütze.
Rostock, (1660?).

23.





PROGRAMMA
RECTORIS ACADEMICI
JOHANNIS QVISTORPII
D. ΘΕΟΛΟΓ. Past. J. & Prof. P.

Quo,
ad eundem

EXEQVIAS
BEATE MORTUO
DN. HENRICO

Schützen/
Hereditario in Großen Stobe/

Literatos & literatorum fauto-
mnes, invitat.



ROSTOCK,

Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

1660



RECTOR
JOHANNES QVISTORPIUS.

SI Viro, dum vixit, honestissimo integerrimoq[ue],
HENRICO Schützen / cui haec scribēdi hodiē
operam impendimus, vocis eadē adā copia, ut
negata est, ita nunc defuncto redderetur, haud du-
biē usurparet non illa querula hieromartyris verba,
Domine in qua nos reseruas tempora, sed ista, cum
iudicio laetæ & gratæ prædicationis conjuncta, *Do-
mine quibus me temporibus eripuisti*. Et si enim quod
veteris illis fuit longē verissimum, id hisce nostris
non verū esse non possit, quibus non solum com-
munes nostri generis miseræ, sed & gentium ac civi-
tatum peculiæres ac propriæ, *velut agmine facto, quæ
datâ porta ruunt, ac terras turbine perflant*, tamen haud
minus rectē, imò fortē multò rectius DEO LIBERA-
TORI gratias agunt, qui illis defunctis subducuntur,
quàm qui periculis expositi ac relictis, tanquam
sub acie novaculæ, & suam vicem miserantur
& miseriam communem deplorant. Licet enim
illos nihil forsan aliud consolari possit, præter
spem levamenti & mutationis (nunquam enim tam
perdi-

perditè agantur res humanæ, quin aliqua spes restet
quæ μένη ἐν ἀρόγητοις δομοῖσι ἐνδον ἔμεινε, πῖθ' ὑπὸ χεῖλεσιν ἄδ' ἐθύ-
ραζε ἐξέπη) adeò ut iustissimam dolendi ac mærendi
causam habere videantur; apud hos tamen mise-
riis istis defunctos, ne quidem recidivæ ullius metus
est, qui solidam eorum felicitatem vel minimum in
fulcare aut interpellare queat. Quid igitur est, cur
se defunctus noster, & nos ipsum *æternitatis candida-
tum*, [ut eos, qui hinc in cœlestem civitatem trans-
feruntur, elegenter appellat Latinorum Patrum anti-
quissimus Tertullianus] beatum non prædicemus,
qui & feliciter, ut communis hominum fert ratio,
suos in hac vitâ annos transegit, & ut Christiano-
rum ac verè piorum est hominum, fide verâ instru-
ctus, spe certâ fultus, patientiâ non morosâ muni-
tus, piè, fideliter, feliciter ex hac in æternam melio-
remque vitam commigravit. Quod ut eò clariùs
liqueat, seriem rei primis tantum lineis persequemur.
Auspicatus itaque est humanam hanc vitam
currentis seculi anno decimo quinto, V. August.
Patre quidem Viro Amplissimo DN. JOACHIMO
Schüßen/ Urbis hujus Consule quondam gravissi-
mo & benemerentissimo; Matre verò ELISABE-
THA Gerdes/ ornatissimâ fœminâ, Avum Pater-
num habuit DN. NICOLAUM Schüßen/ Gustro-
viensem Senatorem; Aviam paternam ANNAM
Steißlow/ ex nobilissimâ prosapia der Steißlowen/
oriun-

oriundam. Avus maternus fuit DN. JOACHIMUS
Gerdes, primarius urbis hujus civis. Avia materna
CATHARINA Krügers / MATTHÆI Krügers/
eximii apud Vismarienses civis, filia. Proavus Pa-
ternus DN. JOACHIMUS Schüße/ Cellisimi
Mecklenburgensium Principis, DN. HINRICI,
gloriosæ memoriæ, Præfecto in Gustraw/ Stargard
& Schwan/ uti & Senator Gustraviensis. Proavia
Paterna MARGARITA Winkelmanns/ DN.
CHRISTOPHORI Klevenowen/ Consulis apud
Gustravienses Clarissimi, relicta Vidua. Atavus
Paternus DN. HINRICUS Gerdes/ Reipublicæ
hujus Consul quondam Eminentissimus. Atavia
materna ELISABETHA Schmiedes/ DN. BRAN-
DANI Schmiedes/ Vismariensium olim Consulis
præclare meriti, filia. Quantum itaque intellige-
re datur, generoso satis & præclaro sanguine natus
est NOSTER; sed parum juvisset ea ipsa, utcumq; exi-
mia, natiuitas, ni altera longè nobilior divinioreque
accessisset, quâ per aquam & spiritum regeneritus,
membrumque adeò CHRISTI ejusque Ecclesiæ
factus est. Dein generis splendorem promovit quo-
que mirificèq; auxit elegantior educatio & morum
decor, quo usque adeo sese unicuique probavit, uti
omnium facile gratiam atq; favorem sive iniret sive
mereretur. In literis sub DN. M. HINRICO VUL-
PIO & DN. M. EWALDO RIBIO, Scholæ hujus op-
pidanæ

pidana Rectoribus quondam fidelissimis, usq;
eò profecit, ut non incommodè latinè loque-
retur, & altiorum præterea etiam disciplinarum
præcepta calleret. Cæterum à Musis abstrahi
sele tandem haud difficulter passus est, ut qui
credere, si non æquè magnam, saltem non mul-
tò minorem voluptatem se reperturum in ædi-
ficiando rure, cum præcipuè in eam rem commo-
dissima offerretur occasio. Enimverò relinque-
rant parentes prædium sic satis eximium, grossen
Stove/ non præcul ab urbe situm, cui colendo
maximo cum prolubio animum adjecit, fratri-
bus & sororibus usque adeò non dissentien-
tibus, uti pedibus potius in ejus irent sententi-
am. Sed ista vitæ conditio conjugem requirebat,
ut cui præcipua rerum domesticarum cura im-
poneretur. Eam igitur faustissimo omine sibi
legit summarum virtutum Virginem CATHA-
RINAM Gölers/ Amplissimi quondam & Con-
sultrissimi DN. CONRADI CÖLERI, J. U. D.
& Illustrissimorum Saxonico-Lawenburgensi-
um Principum Consilarii gravissimi, filiam, quæ
cum anno 1643. die 23. Octobris nuptias hinc cele-
bravit, & durante matrimonio genuit sic satis
numerosam prolem, utpote ILSABEN, MA-
RIAM, JOACHIMUM, CONRADUM, AN-
NAM-CATHARINAM, NICOLAUM (jam
defun-


defunctum) SOPHIAM-ELISABETHAM,
MAGDALENAM, EMERENTIAM. Duravit
torus annos non omnino nullos; plures autem
duraturum quisq; ferè existimârat: adeò vegetâ
ætate firmoq; satis robore uterq; videbatur con-
jux. Sed aliam hic sibi sententiam formavit, co-
gitationum humanarum mors frequens distur-
batrix, ut quæ paucos ante dies maritum lecto af-
fixit, neq; passa est, ut inde elaberetur. Initium
morbi fuerunt exquisitissimi capitis dolores, qui
eò excreverunt usq;, ut in ardentem febrim de-
generarent. Ipse igitur facilè subolfaciens, qua-
lem illa res exitum sortitura esset, omnia sua
sic disposuit, ut, si fors nulla vivendi spes superes-
set, sanctè feliciterq; moreretur. Quâ beatâ di-
scedendi præparatione eò uti promptior poterat,
quò studuerat impensius semper, ut vitam ageret
ab omni scelere flagitioq; alienam. Princeps a, ei
cura fuit, ut cum CHRISTO conciliaretur; in
quem finem accersivit Reverendum & Præstan-
tissimum Virum Dn. NICOLAUM NEMTZO-
VIUM, Bistoviensium Pastorem vigilantissimū,
ejusque, tanquam animæ curatoris, ministerio à
peccatis absoluto, & sanctissimo Dominico epu-
lo pastus est. Inde nihil aliud egit, quam ut ar-
dentissimas inter preces & devota suspiria ulti-
mam exspectaret horam, quæ ipsa 27. lapsi Men-
sis Ja-

sis Januarii circa mediam nonam vespertinam,
optimo Viro Spiritum interclusit. Quod fatum
non solum uxor & liberi, verum etiam frater, Vir
Amplissimus & Excellentissimus DN. NICO-
LAUS Schütze, J. U. D. & Collega quondam
noster jucundissimus, nunc Reverendi Capituli
Lubecensis Syndicus & Consiliarius Clarissimus,
acerbissime lugent ac deplorant. Deus moeren-
tibus solamini sit auxilioq; Nostratum partium
fuerit, CIVES ACADEMICI, defuncto frequeres
ire exequias; quod etiam; ut prolixè faciatis, cum
Viri virtus & quâ natus est celeberrima familia,
monere vos possunt, tum nos verò etiam
studiosè id abs vobis serioque
contendimus.

P. P. Rostochii, sub Sigillo ACADEMIÆ,
d. VII. Febr. Anno 1560.


Convenietur hora dimidiâ primâ in Æde
Divæ Mariæ Sacrà,







oriundam. Avus maternus fuit DN.
 Gerdes, primarius urbis hujus civis,
 CATHARINA Krügers / MATT
 eximii apud Vismarienses civis, filia.
 ternus DN, JOACHIMUS Sch
 Mecklenburgensium Principis, DN
 gloriosa memoria, Praefecto in Gustro
 & Schwan / uti & Senator Gustrovi
 Paterna MARGARITA Winck
 CHRISTOPHORI Klevenowen /
 Gustrovienses Clarissimi, relicta Vi
 Paternus DN, HINRICUS Gerde
 hujus Consul quondam Eminentiss
 materna ELISABETHA Schmiedes /
 DANI Schmiedes / Vismariensium
 praecclare meriti, filia. Quantum ita
 re datur, generoso satis & praecclaro
 est NOSTER; sed parum juvisset ea ipse
 mia, nativitas, ni altera longè nobilitate
 accessisset, quâ per aquam & spiritum
 membrumque adeo CHRISTI eju
 factus est. Dein generis splendorem p
 que mirificèq; auxit elegantior educ
 decor, quo usque adeo sese unicuique
 omnium facile gratiam atq; favorem
 mereretur. In literis sub DN, M. HIN
 PIO & DN, M. EWALDO RIBIO, Sc



the scale towards document

MUS
 erna
 ters/
 s Pa-
 simi
 CI,
 gard
 avia
 DN,
 pud
 avus
 licæ
 avia
 AN-
 sulis
 lige-
 atus
 exi-
 que
 tus,
 elia
 quo-
 rum
 , uti
 five
 UL-
 op-
 ana